

V I R O
 NOBILISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
 D O M I N O
IO. HENRICO
SCHVLTZIO,
 SECRETARIO IN CIVITATE REGIA THORVN.
 DEXTERRIMO AC PRVDENTISSIMO,

CVM
 POST VARIAS VALETVDINIS TENTATIONES
 HORA III. MATVTINA D. XXVI MAII ANNO dñi. lxxxii.
 PLACIDE IN DOMINO
 OBDORMIVISSET,

ET
 DOMINICA J. P. TRINITATIS
 IN TEMPLO MARIANO
 SOLENNI ET CHRISTIANO RITV
 CONTVMVLARETVR,

VTIMVM HONORIS OFFICIVM PERSOLVERE, MEMORIAM EIVS INTEGRAM
 CONSERVARE, ET AFFLICTOS ALIQVO SOLATIO
 IMPERTIRE CONTENDERVNT.

INTVS NOMINATI.




THORVNI,
 Impressit JOHANNES NICOLAI, NCBIL. SENAT. ET GYMN. Typograph.

Schultzius hic quondam Consul venerabilis aervo
Consilioque gravis, talis in urbe fuit,
Fabricios quales olim qualesque Catones
Admirata suos urbs Latialis erat.
Aemulus ejusdem cumulandus honoribus amplis
Natus, nunc subito mortis adiit iter.
Tangere sic studuit laudes titulosque Parentis,
Ast annos ejus tangere non valuit.
Rara tamen pietas, praeclara peritia Iuris
Et candor, nunquam sunt moritura bona.
His potuit patriae promptissima comoda ferre,
Et patrum curas usque iuvare graves.
Porro arcana urbis sincero pectore clausit,
Et studuit partes rite subire suas.
Scire suum nihil esse putans, si sciret et alter,
Nec parvum crimen facta silenda loqui.
Aularum sublimis apex et curia prudens
Virtutes tales aestimat atque probat,
Non etenim prodest aliisque suaeque saluti
Qui dare iucunde verba dolosa solet.
Nec quoque, mollia qui traxere per otia vitam,
Quae vitiosa satis quando otiosa fuit,
Nec minus epotae conducunt mille salutes,
Nam non in multa magna salute salus.
Praecipitesque ruunt, quorum damnosa voluptas
Sensibus infundit tetra venena mali.
Longius has vitae pestes arcebat honestae
Defunctus, quaerens sedulitatis opes.
Non labor hicce meus per vitam desinet unquam:
Saepius is dixit voce animoque pio.

Verum

Verum longius haud illum nunc ducere fas est,
Appulit ad metam. Cura caduca fugit.
Sat tibi pro curis pretii, Defuncte, tributum,
Cum dolor omnis abest, nec labor usque premit.

sc.
P. Iacnichius,
Gymnas. Thor. Rect. et P. P.



Non una tentat DEUS urbes cadere virga,
Et variis scopis verrere triste solum.
Dextera justa DEI non abjicit arma trifurca,
Quando voluptates gens inimica colit.
Nam quoties peccant homines, sua fulmina mittit
Iudex, & nullo tempore inermis erit.
Quo magis immundo grassatur in orbe libido:
Hoc graviore malo percutit arva DEUS.
Sensimus infandae pestis tristissima fata,
Sentimus duri martia tela Jovis;
Quae nobis multo fuerat pretiosior auro
Libertas, sevis sternitur illa modis.
Non sibi ruricola granis granaria complent,
Et vos non vobis vellera fertis oves.
Gestit avara manus gazas cumulare superbas,
Sed quas mox alius colligit atque rapit.
Ordine confuso titubantia regna coherent,
Atque salus toto quaeritur aethra solo.
Sub specie ficta non hospes ab hospite tutus,
Et claudo incedit gratia rara pede.
Publica sed memoro. Sunt jam privata canenda
Fata, quibus mcestas induit aura togas.
Qui poterant Patria pepulisse pericula nostrae
Inflata, & cautis tollere damna modis.
Hos Lachesis rapuit, nil sunt nisi nomina tantum,
Quae vero prohibet virvida Musa mori.
Intra tres messes quot non cecidere protatae
Et fidei rectae, lumina clara, Viri.

Czimmer-

Czimmermann junior, Zernek, Braur, Schloßius, atque
 Zœbnerus nostrum deseruere solum.
 Inter quos primas noster tenuisset Apollo
 Schultzius, huic vita si superesset honos.
 Sedulus atque pius calcavit limina nostræ
 Gymnædis! atque meo pendulus ore fuit.
 Hinc inter doctos peregrinis forvit in oris
 Ingenium, studius expoliitque probis.
 Tu Patriam rediens magno Proconsule Patre,
 (Quem legum vere dixeris esse librum)
 In praxi didicit, quæ vix audivit adultus
 Baldus, vel quisquis iura sacrata colit.
 Hinc veteres Patres ipsum fecere fidelem
 Mystam Arcanorum candidiore fide.
 Atque gradus plures mox conscendisset honorum,
 Ni vita doctæ stamina rupta ferent.
 Post sibi conjugio Behmiam castamque piamque
 junxit, quæ claro sanguine nata fuit.
 Ex qua suscepit lectissima pignora Natam
 Et Natum Bigam nobiliore sinu.
 Cui quisvis mecum felicia quæque precatur,
 Et votet, ut crescat moribus illa piis.
 Munere sed sacro Te, Secretarie, dignum
 Spem præter nostris mors rapit atra locis.
 Curia Te deflet, cui dexteritate probasti
 Invieta promptas sedulitatis opes.
 Cura Tibi fuit, apta loqui, scripsisse decorum,
 Nec sine delectu jus didicisse, labor.
 Cum consanguineis Te quisvis incola deflet,
 Nam nulli fueras impius atque gravis.
 Permutas terra Cælum, mortalibus astra,
 Et Christo volupe est jam propiore frui.
 O felix! sua cui facies mundique voluptas
 Displicuit, facies sufficit una DEI.

Ultimum hoc pietatis monumentum B.
 Manibus Nobil. Dni Secretarii

p.

M. Martinus Böhmi.

☉(O)☉

3925